





CONVIVIVM FAMILIARE

FELICI DEPVLIS MARTE

QVI MELANCHOLIAE INDVLGENT

TIBICINIBVS

RITEQUE ASSERTO

IN CLASSE SAPIENTVM

PRIVILEGIO

TOIS ΣΥΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙΣ

AB

ATHLETA STRENVO

M. IO. ZACHARIA
HILLIGERO

CHEMNICENSI

IN HERMVNDVRIS

DIE X. FEBR. A. C. clo Io cc XVII.

ADORNATVM

ATQVE

ANNIVERSARIO IOANNIS

EX VETERI NOMINIS HILLIGERIANI OBSERVANTIA

M. GEORGIO MICHAELIS CASSAI, Hung.

ADVMBRATVM

CVM

MANTISSA

PLACENTAE MICHAELIS CHEMNICIANAE

IN SOLENNI LAVREAE

QVAE SAPIENTVM EST BRABEVN

COLLATIONE

RECOCTAE.

*Et prodesse volunt, et delectare Poetae:
Dummodo lectori non sit iniqua bilanx.*

VITEMBERGAE, STANNO GERDESIANO.



Tibia moesta quibus sonat HILLIGER, auctus honore,
 Provocat in scenam; vindicat arte locum.
 Post exantlatos, felici Marte, labores:
Intensam mentem, quis recreasse veter?
 Admouet hinc mensae Collegas, Martis et artis
 Testes; qui saturi quaeque iocosa movent.
 PISTOR cum MOLITORE mihi spem reddere laetam
 Officiis tentant: proficiuntque parum.
 Frumento MOLITOR caret, hinc PISTORQUE farina:
 Quaeso quid Oeconomum sercula picta iuvant?
 HABERMANNVS adest, defectum vultque levare:
 Haud homini, sed equis gratus avena cibus.
 Opto farina Becker abundet, dives adoret
 Müller/ Hirnhaber/ sit quoque farre potens.
 Quo minus alitibus noceat mussella, cavebit
 Bon Elswich/ idem hic abigetque domo.
 Pro zytho lupulum curabit LVPPIVS; ac hunc
 Quis dubitet potum sistere posse sitim?
 Saepius alma Ceres Baccho anteferenda minaci:
 Broihanam quanti Jupiter ipse facit?
 Si Kranewitter/ veluti Kornwetter/ adesset:
 Vt quondam, totidem nunc modiosque daret:
 Frumento plenum PLAVSTRARIVS, ille Palemon,
 Currum, promptus equis, ad mea tecta vehet.
 LYSERVS, svaes fructus, POLYCARPVVS, odore
 Contribuet, lento, sit, veniatque pede.
 BÛCHERI, nitidis pinfendis arte placentis,
 Chartas, quois opus est, dextra benigna dabit.
 Sique coquenda caro fuerit, carbonibus atque
 COLERVS, lignis, nosque iuvare potest.
 Clavibus instructus CELLARIVS, ut bona spes est,
 Mox referans cellas, vina Falerna feret.
 Sic patulas portas, mensas, conclavia, fellas,
 Qui fabricet, Thorschmiedt/ arte peritus, adest.
 Defectum Nament/ supplere, metallifer, aere
 Perget alacris, ceu Sarmata testis erit.
 Farrea liba dabit Biel/ triticeasque placentas:
 Quod Bovis tuto firmat habenda fides.
 HILLIGER, expensas in nos qui fecit, ut est mos
 Chennicio; Sanctis connumerandus erit.
 Definat in veram, resonans, vocemque precamur,
 Eccho: Floreat hinc HILLIGERIQUE domus!
 O si, Theologiae nivei, nostro quoque digni
 Ordine, adessent! dic, copia quanta foret?
 Namque greges avium, cantu qui svaavis, ACANTHIS,
 Alliciens, nostris consuleretque focis.

Quique *gulam* pecori LANTIO praecidere novit,
 Carne foco *Fautor* prospiceretque bonus.
 STAGNANTESQUE LACVS, variis qui *piscibus* undas
 Explant, his pariter connumerasse decet.
 Silvestresque *feras* TELVM, quod sternit *acutum*,
 Haud aberit: volitat saepe per *ora virum*.
 ALLIA, quae vario pollent *medicamine* sumta,
Hortens! nobis dextera larga daret.
 Haud gratis unquam laxaret *retia* PETRVS:
 Funderet assiduus dummodo *rite preces*.
 Pingve *pecus* saliet, faveant cum *pasqua* laeta:
 Nec MACER e nostris grexque rediret agris.
 Sic FABIVS, *Piso*, *Cicero*que legumine nostros,
Lentulus, ac plures, obruerentque lares.
*Florentem*que simul *CYTIVM* spectare liceret:
 Quique bidentibus hinc *pabula* grata daret.
 HARMONICOSQUE MODOS *svavi* resonante *Thalia*,
 Perciperes, *animos*, qui *recreare* valent.
Crasa tamen *moles* *aditum*, ni cesserit illi
 Altera, *praeccludit*: sicque *ferenda* mora est.
 Participes fient NIVEI *voti*, bona spes est:
Consultum nostris hinc quoque *rebus* erit.
 Bis SALOMON *senos Praefectos* destinat anno,
*Demens*unque suo tempore quisque daret.
 Consilium, *prudens* *methodus* quod suggerit, isthoc
 Excipit optatus *finis* et alma *salus*.
 Collegas plures MICHAELIS, mente *faventes*,
 Cum numeret, *mage fors* huncce *beata* manet.
 Restat, *muneribus* supremum *Numen* *opimis*
 Condecoret cunctos; *fervida* *vota* fero.
 Sic mea, spero, *culina* rigens optata capeffet
 Incrementa: *focus* *fercula* lauta dabit.
 Iamque *preces* humiles clemens admisit Iova:
 Sat bene *prospectum* pluribus esse vides.
 Ordinis, haud pridem, nostri, STEMPELIVS *Amplus*,
LESSENAE Antifistis munia sacra tenet.
 Paucos ante dies, LESCHNERTO *fat* bene *Gotbae*
 Consultum: excipiet *grandior* huncce *gradus*.
 ELSVVICHIO STADAE *provincia* sicque per ampla
Pastoris primi, nuper aperta *favet*.
 Corporis huic firmas vires *animique* precamur:
Ardua quo laeta *munia* mente gerat.
 BECKERO *Eloquique* patet *professio* RIGAE,
 Cui tamen imponunt *tempora* dira *moram*.
 In vulgus, quae sparguntur *connubia*, *fausta*
 Sint *Boreae*, sic *spem* promoveantque *tuam*.

LVPIVVS, hicce sua contentus *forte* videtur :
 Sit *caput* ille *Sisypus*, sit vel *Epopta* gregis.
 KRANEVITTERO *tempestas* jamque *serenat* :
 Auctus *coelestis* munere lactus ovat.
 Et quem *recta* minus capiunt angusta *Lycei* :
 Nunc *aedes*, *Wagner* / *faustus* adito tuas.
 LYSERVM cum *BÜCHERO* *Spes* optima *fulcit* :
 Deseret haud reliquos *provida* cura Patris.
 NVMBVRGVM *cantu* *Stieglist* recreatque *sonoro* :
 Cuique semel *faveat* summus honoris *apex*.
 REGIVS, ac *BOLTZI* *certamina* *crebra* brabeis,
MONS ornabit, *spes* ceu data testis erit.
 Quid plures memorasse iuvat *NIVEOS*, *melior spes*
 Quos *fovet* ; exhilaret, *vota* feroque, *brevi*.
 Plura *talenta* tibi Dominus, vel *pauca* *severus*
 Credidit, huic *foenus* tempore *redde* suo.
 Publica *five* geras in *magno* *munia* *coctū* ;
Angulus *obscurus* te capiat : nihil est.
 Tv modo *navus* *agas*, *summi* quae *sanc̃ta* *voluntas*
 Numinis *injungit* : *praemia* quemque *manent*.

MANTISSA.

Nunc ad te rursus venio, *praeclare* *Magister*
 HILLIGER, et *repeto* *vota* *precesque* *pias* :
 Quas *Sophiae* quando caperes *condigna* *brabea*,
 Fundebam : *patria* *suppeditante* *melos*.
 Anno, quo *celebris* *NEVMANNVS* obit, *mih* *primum*
Copia *visendi* *CHEMNITIVM* *QVE* datur.
 GREENIVS *hospitio* exceptum, *venerandus* *Epopta*,
Officiis *gr̃atis* me *cumulare* *studet*.
Festa *recurrerant* *MICHAELI* *sacra*, *PLACENTA*,
 Quam *vix* *menſa* *capit*, *ſlore* *comata* *datur*.
 Particulam *magni* cupio, dum *vixit*, *Amici*,
 HILLIGERI *viduae* *mittere*, *mente* *bona*.
 Admoveo *cultrum*, *haud* *hebetem*, cui *torta* *resistit* :
Conſc̃ia, *subridet* *GREENIA* *EBRAEA*, *doli*.
 Hinc *leviter* *manibus* *preſam*, *confringo* *placentam*,
Argentum *video* : *fasc̃ina* *cauta* *patent*.
 Post *adeo* *viduam*, cui *mitia* *fata* *precabar* :
Pignora, quae *superant* *tristia* *damna* *levant*.
 Iam *voti* *videor* *compos*, dum *clara* *propago*
 HILLIGERI, *Sophiae* *ſumma* *brabea* *refert*.
Votis *jungo* *preces* : *primus*, quem *carp* *honoris*
Moxque *gradus*, *certam* *ſternat* *ad* *alta* *viam*.
Spem *superes* *de* *te* *conceptam*, *docte* *Magister* :
Nomen *ut* *HILLIGERI* *furgat* *ad* *altra* *poli*.
 Quamque *Parens* *mecum* *coluit*, *Fraterque*, *beati*,
 Continues *ſirmam*, *Fautor* *Amice*, *ſidem*.





CONVIVIVM FAMILIARE
FELICI DEPVLIS MARTE
QVI MELANCHOLIAE INDVLGENT
TIBICINIBVS

RITEQVE ASSERTO

ASSE SAPIENTVM

PRIVILEGIO

ΣΥΣΤΡΑΤΙΩΤΑΙΣ

AB

PHLETA STRENO

ZACHARIA

LLIGERO

CHEMNICENSI

N HERMVNDVRIS

E X. FEBR. A. C. clō Io cc XVII.

ADORNATVM

ATQVE

VERSARIO IOANNIS

VIS HILLIGERIANI OBSERVANTIA

A

O MICHAELIS CASSAI, Hung.

ADVMBRATVM

CVM

MANTISSA

IE MICHAELIS CHEMNICIANAE

IN SOLENNI LAVREAE

E SAPIENTVM EST BRABEVN

COLLATIONE

RECOCTAE.



*Et prodesse volunt, et delectare Poetae:
Dummodo lectori non sit iniqua bilanx.*

VITEMBERGAE, STANNO GERDESIANO.

